



Conradus de Rotenbournatione Germanus
 adolescē adhuc monasterium S. Ioannis Ba-
 ptistæ Rinaugiense ordinis S. Benedicti ingressus
 est. In eo cum doctrina & pietate excelleret, fratrum
 communi consensu eius loci abbas electus est, an-
 no Christi circiter 1470. Itaque ipse eam occasionem
 nactus optimos quosque authores sibi comparauit,
 atque multarum artium cognitionē adeptus est. Scri-
 psit postea de Vineâ Domini Sabaoth lib. 1. de Ru-
 ina ordinis lib. 1. atque de Ruinæ causis lib. 1. Compo-
 suit insuper librum de Cura pastorali, & multa alia,
 quibus omnibus optimus uir monachos à patrum
 moribus desciscentes ad uiam reuocare, atque in of-

ficio continere uoluit. Vnde eo tempore magnam à pijs uiris laudem acquisi-
 uit. Lycoft. in Compend. Bibliothecæ.